



Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Co[mmun]is p[ro] alijs sanctis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

De indulgentia

¶ Pro sancto Michaele

Quoniam propheta dicit deum in sanctis eius laudari debeat. In illo tamē precipue videlicet beato Michaele archangelo dei collaudari bene dicitur. fundatque in honore ipsius ecclesias a christifidelibus deuotius uenerari. uenit quod de hoste maligno triumphans militie celestis exercitus et super omnes animas suscipiendum pre ceteris angelis principatum diuina prudentia noscitur obtinere.

¶ Pro sancto Stephano

Et sic. Quo ipse primus martyr apud deum pro cuius nomine fuit primus martyrio coronatus non modo pro deuotio sed etiam pro persecutoribus suis uoluit efficaciter exorare etc.

¶ De sancto Martino

Et si uniuersi orbis ecclesie sub sanctorum constructio uocabilis frequenter sunt collaudanda de illis multo magis uenit uenerari que sub presulis sancti Martini confessoris sunt decorate titulis. quod iesu christi propter apostolus fuit. ac premissis mundi uictis coronam promeruit habere sempiternam quo ipse dominus noster iesus christus ipsius intercessionibus immediatius et perfectius uota sua delum dirigat et ad gratiam exauditionis perducatur.

¶ Pro sancto Nicolao

Gloriosus Nicolaus cuius meritorum recensemus insignia accipit. die ipse quarta semel et sextis feriis cepit macerare corpus factum est presul sublimatus. prestat opem gentibus timentibus naufragari. sergo in fame distribuit. auro dato uolari regines prohibuit in eo. Dignum ergo arbitramur et congruum ut in honorem sui nominis cunctas dedicatas ecclesias gratiosis remissionum prosequamur impendens quo dominus noster iesus christus eius intercessionibus uota dirigat fidelium et ad gratiam exauditionis admittat. Lupientes etc.

¶ De martyribus

Et si sanctorum martyrum uariis tormentorum extorsionibus pro christi fide prestata merita nostris apud altissimum obtentis suffragari affectibus. Ecclesias idcirco sacra loca ad ipsorum laudem et honorem institutas maximo non immerito deuotionis feruore uenerari debemus quo ipsi etc.

¶ Communis pro alijs sanctis

Nonne thronum diuine maiestatis fideles christi sanctorum pijs adducti suffragis ad eorum festiua solennia eo debet feruentius incitari quo tali um patronorum fulciri presidij portio retributionibus premia et munera valeat promereri. Un nos more pastoris uigilijs christifideles singulos quos cupimus in supna patria collocari ad ipsorum sanctorum trahamus libenter obsequia quia ut eos in conspectu domini deuota ueneratione collaudet.

¶ Pro reliquijs sanctorum.

Sanctorum reliquias quorum animas non dubitamus in celo regnare cum christo. nos uniuersi et singuli christiani pro amore uenerari debemus in terris ut dei honorantes amicos diuinis nos beneplacitis complectatur.